

Perfino da ^{il} contadini ha spesso udita la questione:
« se Dio sa tutte le cose prima che succedano, e se ognuno deve agire come Dio ha previsto, giacchè Egli non può errare, dov'è la libertà umana? ».

Ecco il nodo di Cicerone e di tutti. E più si batte questa via, e più diventa inestricabile;

il che si spiega, perchè in tutte le speculazioni umane intorno a Dio, il nostro intelletto, come dice Aristotele, per troppa luce s'abbaglia.

Non attenda dunque Antonio da lui una qualsiasi affermazione, ma solo congettura,

succintamente espresse.

Ma per venir infine al sillogismo di Cicerone, la conclusione ch'ei trae dalle premesse è, in realtà, viziosa.

providentia divina. ipse ego memini me crebro rogatum non tam a litteratis ^(a) quam eciam ab agrestibus et paganis in hanc ferme sententiam: « nonne Deus novit omnia antequam fiant? » cumque respondissem « haud dubie », qui rogarat ita subsecutus est: « igitur, ut previdit facturum quenque ^(b), sic faciat oportet. alioquin « falleretur, quod cogitare nefas est. ubi ergo libertas humana, que « dicitur? ». ecce Ciceronis nexus illum, qui, ut vides, non ipsius est magis quam omnium. quanquam autem sit hec addubitatio fere qualibet alia frequentior, tamen haud scio an ulla spinosior, ut non, quo modo viarum illa magis est pervia quam plures incedunt, ita in hac questione accidat, sed quodam pene incredibili scemate, tanquam fluvius aquarum applicatione, sic aucto turgescit ^(c) numero disserentium. quod cur accidat, non tantum oratione consequi non possum sed vix eciam cogitatione, nisi id est quod in ceteris evenit, que de Deo mortales inquirunt. in quibus celeriter animadvertunt verum esse quod ait Aristoteles, ad hec se habere nostrum intellectum quemadmodum oculi niticoracis ad lucem diei ^(d). nec iniuria. si quis enim pedali fune corpus bipedale metiri velit, hunc delirare nemo non existimabit; et nos, qui finito sumus et angusto ingenio, putabimus certum aliquid definire posse de infinito? ergo non est quod expectes in huiusmodi questionis explicatione fixum quicquam ut asseverem, sed quantum assequor coniectura, tantum eloquar, quod ipsum libentius continuissim. at effari cogit inchoata disceptatio, atque, ut, quo breviora ^(e) fuderim, sint errata ^(e) pauciora, breve faciam, eo potissime quia tecum, qui nosti de paucis multa colligere. sed iam tandem aspice nexus illum, ac more disputatoris arguti intuere nexus illius complexionem. sic Retor ^(f) appellat ^(g); ceteri conclusionem. ea si respicis, effertur viciose, cum ex eo quod proponitur: Deum prescire futura, certumque esse causarum ordinem, tum sine causa nichil fieri, complexio illa subnectitur: fato, id est, certa serie fieri omnia, proinde nichil in hominum

(a) *M* liberatis (b) *M^I* nel marg.: quōq3 (c) *M* tu egesit (d) *M* raruora
(e) *M* creata (f) *M* rector

(1) ARISTOT. *Metaphys.* 993 b, 9. a Poggio (*Epistolario* cit., vol. IV, Allo stesso luogo aristotelico accenna parte 1, p. 138). pure il SALUTATI in una lettera del 1405 (2) [Cic.] *Ad Herren.* II, xviii, 28.